



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De eadem in Episcopo. Caput IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

C A P U T IV.

De Potestate, quæ residet in Episcopo
dispensandi Impedimenta Matri-
monii.

§. I.

*De potestate Episcopi dispensandi in Impedi-
mentis solum impedientibus.*

1. **L**oquimur de solum illis quatuor,
quaे sunt hodie impedientia, *Sacra-
rum tempus, Vestitum, Sponsalia, Votum,*
faciliusque est doctrina, nam potest Episcopus
dispensare in primo, sed eo modo, quem in-
a Infra
cūm de fo-
lēmnitat.
matr. tr. 6.
e. 4. §. 5.
nn. 4.
infra distinctius dicam. Potest item in secun-
dō, quia est dispensare in prohibitione à se,
vel à Parochio, cuius ipse est Superior, lata.
Non potest autem in tertio, quia esset præju-
dicium alterius ex Sponsis; nisi forte ut Ju-
dex, ea ratione, quam diximus modo de Pon-
tifice. Denique non potest in quarto, quoad
Votum absolute Castitatis, & Religionis,
quia haec sunt reservata Pontifici. Quoad alia
Vota potest, sed advertendo, semper debe-
re adesse in dispensatione concedenda ratio-
nabilem causam, ut b. alibi universaliter est
explicatum.

b Lib. 3. in
Decal. c.
16. §. 4.

§. II.

*De Potestate Episcopi in Impedimentis diri-
mentibus. Premituntur aliqua
scitu necessaria.*

1. **P**ræter Impedimentum ætatis (in quo
ex urgentissima causa posse de jure E-
piscopum dispensare, quando malitia sup-
c Sup. Tr. a.
1. De Im-
ped. c. 13. §.
ped. c. 13. §.
2. nn. 20.
T. 1. tr. 3. de
legib. d. 6.
p. 4. aliaq.
passim.
plet ætatem supra c vidimus, ubi etiam mo-
nuimus, proxim esse, ut etiam in hoc solum
Papa dispense) in nullo alio impedimento
dirimente potest ullam dispensationem Epi-
scopum, d. per se loquendo, concedere, quia
nullus inferior potest quid in lege Superioris,
qualis est hæc de Impedimentis dirimenti-
bus.

2. Dicitur est (per se loquendo) nam ex
præsumpta Summi Pontificis voluntate ali-
quando potest, & quidem in inductis à Jure

Ecclesiastico, nam ab aliis, ne ipse quidem
Pontifex potest, ut diximus.

3. Id autem, ut facilius intelligatur, pre-
notare juvat tria in Universum.

1. Circa potestatem Episcopi in legibus
Superioris esse duos loquendi modos. Alter
docet, Episcopum habere potestatem omnem
dispensandi in dicta lege Superioris, exceptis
solum iis, in quibus à Superiori positivè, &
expressè limitatur. Alter docet, Episcopum
nullam dispensandi potestatem habere in di-
cta Superioris lege, nisi solum in iis, quæ Su-
periori positivè concedat. Posteriorem hunc
sentiendi modum probabiliorem esse, dicit
Castropalaus. e Unde videtur innuere prio-
rem esse probabilem, quem ut probabilem e-
tiam docet Bonacina. f

4. II. Quoties in Sacris Canonibus ali-
Caf. 7.
quid prohibetur, sed additur, imperficialiter, c. 2. n. 1.
ut in eo posit dispensari, poterit tunc Epi-
scopus. g Cùm enim certum sit, in illis posse g Caf.
Summum Pontificem, superflua est hujus. h. 2. n. 1.
modi clausula, nisi tunc potest intelligere-
tur Episcopis esse concessa.

5. III. Merito addit idem Castropalaus Swart
loco citato, Episcopum dispensare posse in leg. 4. 1.
dictis Superioris legibus (etiam Concilii Ge- 15. nn. 6.
neralis) Primo, in materia levi. Secundo, in le- Mercat
geno non obligante ad culpam ullam, vel ad fo- 2. d. 4. 2.
lum veniale. Tertio, in casu aliquo extraor- n. 17. 8. 2.
dinario, urgente necessitate, quando pericu- 18. 1. 6.
lum est in mora, & non facilis est aditus ad commu-
Pontificem. Quarto, in dubiis, quando nimi- nn.
rum dubium est negativum, an casus indi-
geat dispensatione. Quinto, in legibus pro-
priis, & non universalibus. Sexto, in iis casu-
bus, pro quibus præscripta est legitima con-
suetudo, ut posit Episcopus dispensare.

6. His premissis, cum alia decernere ad
institutum nostrum non pertineat, disputa-
tionem nos restringemus ad sequentes que-
stiones, ex quarum decisione non ignorabi-
tur, quandonam Episcopus dispensatio-
nem expedire in impedimentis

Matrimonialibus,
posit.

§. III.

§. III.

An Episcopus propter solam bonam fidem Contrahentius possit dispensare in impedimento dirimenter?

i. **D**ico, nequaquam posse, quia bona fides non dat potestatem inferiori ad dispensandum in eo, in quo ipse inferior potestatem nullam habet. Neque dicas Tridentinum a coadjuvante impersonaliter, ut facilius dispensetur bona fide contrahenti Matrimonium cum impedimento ditiumento, quam cum mala, per quem modum impersonaliter loquendi, modo diximus, concedi potestam Episcopis. Neid dicas (inquam) hæc enim non est concessio, sed permisio, qua Concilium solam enunciavit dicit, facilius dispensari posse (utique ab eo, qui eam potestatam habet, nempe à supremo Pontifice) quando Matrimonium fuit bona fide contractum, quam quando mala. Non ergo Concilium dat potestatem dispensandi, ne impersonaliter quidem; idque patet, quia secus posse Episcopus etiam dispensare, quando intercessit mala fides, licet difficilior, quod nemo dixit.

§. IV.

An Episcopus in necessitate aliqua dispensare valeat in predictis Impedimentis dirimentibus

i. **V**el sermo esse potest, an Episcopus valeat in his dispensare post contractum Matrimonium, vel ante contractum, idque, vel in impedimento publico, vel in occulto. Secernamus hanc diligenter, ne confusa reddatur tractatio.

IN. IMPEDIMENTO OCCULTO,
apparente post contractum
Matrimonium.

1. Potest in hoc Episcopus pro fato tantum Conscientiae dispensare, quando adsunt simul quatuor circumstantiae. Primo, si ad sit gravissima necessitas. Secundo, si ea sic urgeat, ut non sit tempus adeundi Pontificem, vel ejus Delegatum, dispensare volen-

tem. Tertio, si impedimentum, ut dictum est, sit occultum. Quartu, si adfuit bona fides, quando contractum est Matrimonium, id est, adfuit inculpata ignorantia impedi- manti.

3. Hæc doctrina sub quatuor dictis con-
ditionibus jam hodie recipitur communiter
à Doctoribus & ducta ratione à presumptria b Sanch.
mente, & benignitate Pontificis, qui in tan- lib. 2. d.
ta necessitate presumpitur, nolle ita fibi in da- 40. n. 3. &
mnum Fidelium, reservare potestatem dis- num. 10.
pensandi, ut eam, tunc non posse Episcopus Pont. lib. 8.
concedere. Non ergo necessitas dat hanc 5. 13.
Jurisdictionem, quam certe dare non potest, Aver. q.
sed benignitas Pontificis ob illam necessita- 19. matr.
tem. seq. 2.

4. Sed quandonem impedimentum judi- Perez. de
catur occultum, & quando judicanda erit matr. d.
sufficiens necessitas?

Respondeo, de priore dicam mox cap. seq. Castrop. d.
à numero 26. De posteriore hic breviter habe. 4. de spons.
Quæcunque urgens gravis necessitas, un- P. ult. §. 1.
decunque ducta latè est dummodo sit ur- nu. 8. Et
gens, nec alio modo possit auxilium ferri, nisi deinceps.
per dispensationem Episcopi, nam, ut suppo-
nimus, non est aditus ad Pontificem. Addunt
tunc non imminente aliqui, ratò alium casum
posse contingere tantæ necessitatis præter se-
quentem, vel ei similem. Titius, & Berta in
facie Ecclesie contraxerunt bona fide, de qua
loquimur (nam de fide mala mox numero se-
quenti) Matrimonium, sed postea invenitur
Berta impedimento occulto laborasse ex Af-
finitate contracta cum dicto Titio propter
copulam, quam ante Matrimonium ipsa ha-
buit cum consanguineo in primo, seu secun-
do gradu ipsius Titii. Certè, si sine scandalo,
& periculo infamiae non potest Berta, se le-
parare à Titio donec impetratur dispensatio
à Pontifice, in gravissima necessitate esse ju-
dicabitur, quia non potest prodere Marito,
vel aliis suum delictum. Quare ab Episco-
po tunc dispensari poterit. Non apparer au-
tem facile in aliis impedimentis tanta nec-
cessitas, quia impedimenta alia sine infamia ma-
nifestati poterunt, & dum impetratur dispen-
satio, sine incommodo separabuntur conju-
ges.

5. Dixi autem (raro alium casum posse
contingere) negare enim non possumus, ali-
quando, etiam præscindendo ab infamia,
posse aliquam aliam necessitatem adesse, id,
quod

quod ex mox dicendis patebit, præsentim nu.
20. & nu. 22.

6. Hoc cum bona fide. Si vero dicti Titius, & Berta contrixerint fide mala, id est, cognoscentes impedimentum, poteritne Episcopus, concurrentibus cæteris conditionibus prædictis?

Respondeo. Si uterque mala fide processit,
^{a Sanc. l.} non a poterit Episcopus, quia in hoc casu non
2. d. 40. præsumitur Pontifex potestatem Episcopo
matr. p. 4. concedere, & confirmatur ex Tridentino, ^b
Coninck. quod vult, ut qui mala fide Matrimonium
Tancr. G. contrixerunt, (quod saltem est intelligen-
Hurt. alii- dum, quando mala fides in utroque est con-
que quo- nge,) spe dispensationis careant. Si ergo Pon-
titat, se- tifex ipse proficeret, nolle tunc dispensare,
quiturque præsumetur e poterimus, eam potestatem E-
Loth. Tr. 2 piscopis concessisse?

ref. Thol. Notat autem Pontius eum, qui solemnni-
q. u. 3. art. 2. tates Denunciationum ex præsumptione, &
b Trid. fess. temeritate omisit, mala fide contraxisse, atque
2. 2. c. 5. ad eadē cum hoc non posse dispensare Episco-
Ref. matr. pum juxta dicta.

c Pont. l. 8. 7. At, si saltem alter bona fide processit,
c. 15. n. 4. multi Doctores d concedunt, posse Episco-
finei pum, ne scilicet alterius peccatum alteri no-
d Sanc. l. ceat, dispensare, quicquid dicat Aversa, e qui-
cit. etiam tunc negare contendit, cuius tamen ra-
Pont. Pe- tiones facile ab non imperito Lectore dissol-
rez. Ca- ventur.

frat. Loth. An denique Paterna Pontificis, ac samma-
ll. cit. V benignitas concedat Episcopis dictam pot-
e Aver. q. estatem, etiam, quando adfuit mala fides in a-
19. de ma- liquo tatio, & vere urgentissimo casu, ope-
trum. sec. 2. rū premium esset, ut a sapientibus expende-
Garf. de retur.

Benef. p. II
c. 5. n. 357. IN IMPEDIMENTO OCCULTO
ante contractum Matrimonium.

8. Antonius, & Antonia laborant impe-
dimento occulto dirimente, & nisi Matri-
monium celebrent, periculum est magni da-
^c Sanc. l. c. mni: poteritne dispensare Episcopus, ad illud
Pont. Pe- contrahendum, si periculum sit in mora, unde exspectari Pontificia dispensatio non de-
rez. Ca- tur?

frat. M. cc. 9. Respondeo posse, in foro conscientiarum
G. Hurt. d. tamen. Ita Doctores non pauci, & ratio est
2. 6. diff. 2. eadem præsumpta voluntas Summi Pontifi-
Loth. l. cit. cis, quam diximus, adesse in jam contracto.
irat. 3. Solum hic iidem notant, difficilius hanc ne-

cessitatem ocurrere posse in Matrimonio hoc contrahendo, quam in jam contracto. Quan-
do enim Matrimonium nondum contractum est, poterit Sponsa verbi gratia uti remedio, quod indicat Sanchez loco citato ad declinandum contractionem Matrimonii, ut scilicet voeat per aliquot dies Castitatem, quanti circiter requiriuntur ad obtainendam Ponti-
ficiis dispensationem, & deinde dicat cum ve-
ritate, sibi in mentem venisse votum Casti-
tatis a se emisum (non autem aperiat tempo-
ralene fuerit, an perpetuum; cum enim tem-
porale possit Episcopus dispensare, non bene
consuleret necessitati expectandi dispensa-
tionem a Pontifice) atque edicat, sibi propte-
rea non licere assensum Matrimonio præbe-
re, donec veniat dispensatio. At hoc remedio
uti nequit conjux, quando jam contractum
fuit Matrimonium, quia tunc alter conjux
potest dicere se habere jus ad petendum, &
tunc deberet alter reddere, ut alibi explicui-
mus. Verum igitur est, facilius posse urgere
necessitatem in Matrimonio contrahendo, quam in contrahendo, cum in contracto hoc
remedio uti nequaquam possis.

12. Facilius, inquam, nam ceterum pos-
se, saltem raro, illam urgere, etiam ante con-
tractum Matrimonium, idem Doctores g Sanc. l.
contentiunt, eamque omnes admittunt, qua at-
aliquis mori proximus astringeretur ad Ma-
trrimonium cum aliqua contrahendum, ut c. 6.
sic legitima reddetur proles antea suscepta,
vel, ut resarcitur honor puella, vel,
ut statim sedarentur graves inimicitiae.

IN IMPEDIMENTO PUBLICO POST
contra contractum Matrimonium.

11. Ut hunc casum planè decisum habeas,
lege hic Consilium, quod quidam ex nostris
hujus Panormitani Collegii doctus Theo-
logus ad Episcopum Agrigentum multis
ab hinc annis scripsit, quod, ego tunc in theo-
logia morali adhuc Tito, in summam fideli-
ter contraxi, & in usum fori futurum (ut
nunc contingit) mihi reservavi.

12. Titius, & Berta, præmissis legitimis
Denunciationibus, ceterisque requisitis, bona
fide (nam, si mala, idem esset dicendum,
quod numero 6. dictum est) Matrimonium
contrixerunt, ac filios generunt multos,
quorum unus nunc est superstes; Sed ecce
post

post annos septem à Matrimonio apparuit
impedimentum inter ipsos dirimens consan-
guinitatis secundi in quartum gradum. No-
titia hujus impedimenti est inter vicinos, &
suppono posse facile probari, immo, & esse
publicum.

loqui de occulto; Ergo sentiunt de omni et-
jam publico; & merito, quia ex eadem ratione
ductae à Charitate; & benignitate Pontificis,
ita praesumuntur adesse aliquando in publi-
co, perinde ac in occulto.

19. Puto item, hanc dispensationem con-
cedi debere ab Episcopo, atque peccare, nisi
concedat: quia illam ex iustitia obligatur E-
piscopus (quando rationabiliter deberur)
concedere, ut universaliter docet Suar. k Ve- lk Suar. de
rum de hac obligatione legatur omnino Ca- legib. c. 18.
stropalaus / qui benignius loquitur. n. 22.

20. Hactenus illius Theologi Consilium, i Castrop.
quod posset confirmari ex doctrina Perez, m T. I. tr. 3.
qui sic habet: Ut Episcopus dispenset in impe- d. 6. p. 6. §.
dimento dirimenter, requiritur, ut illud sit oc- 2. a. n. 8.
cultum. Si enim esset casus, quod impedimen- m Perez
tum sit publicum, potius oriretur scandalum, de matr. d.
Si Episcopus dispensaret, quam scandalum cessat 43. jec. 6.
ret: Omnes enim sciunt, per se loquendo, non nu. 6.
posse Episcopum eiusmodi dispensationes conce-
dere. Si tamen ponemus impedimentum esse
publicum, & simul publicam esse gravissimam
necessitatem, posset similiter Episcopus dispen-
sare. Hæc ille.

IN IMPEDIMENTO

Publico ante contractum
Matrimonium.

21. Quamvis hic casus videatur mole-
stior; tamen, ut in simili super à num. 9.
dictum est, molestia in eo dumtaxat sita est,
quod difficilius tanta necessitas inveniatur,
aliisque remediis ita destituta, ut etiam ante
contractum Matrimonium possit ab Episco-
po in impedimento publico dispensari. At,
si in rarissimo cau urgentissima adesset dicta
necessitas, cur ex eadem benignitate, &
charitate Pontificis concedenda non sit ejus-
modi potestas Episcopis in praesenti casu, si-
icut in precedenti? Et ut concedit Leander
apud Dianam p. 11. Tr. 8. Ref. 3. V. Sed ob-
serva.

22. Fac enim, aliquem morti proximura
uigeri ad Matrimonium contrahendum cum
aliqua puella, ut sic legitima reddatur pro-
les antea suscepta, vel, ut refaciatur ho-
nor dictæ puellæ, vel, ut sic sedentur gra-
ves discordia (in quibus casibus num. 10.
concessimus Episcopo potestatem dispen-
sandi

T t

fandi

Tam lirinus de Sacramentis.

sandi in impedimento publico apparente post contractum Matrimonium) tunc sandi Propter easdem rationes debemus concedere ante Matrimonium contractum ; Et confirmari id potest ex doctrina modo nume o
20. allata a Perez, cum hic, ut supponere etiam debemus, non solum impedimentum sit publicum, sed etiam publica necessitas. Adderem, si forte necessitas publica non sit, reddi eam publicam per prudentem evulgationem posse, ut scilicet sic scandalum, quod forte proveniret ex ejusmodi Episcopi dispensatione deviterit. Pensi-
tent lectores praedicta, & sapienter diju-
dident.

IN DUBIO, AN EPISCOPUS POSSIT
dispensare in impedimentis
Matrimonii?

23. Si exhibitis diligentissimis moralibus (quae certe exhiberi omnino debent) dubium sit negativum, an impedimentum verè adsit, Dispensationem in re nostra non indigemus, nec Episcopi, nec Pontificis, & ablique il-
la procedi a potest ad Matrimonium, quia
a Sane.lib.
8.matr.d.
6.nu.18.
Pont.lib.3
c.13.n.1.
Et nos.lib.
1.inDecal.
c.3.8.7.V.
Marr.n.3.
tunc possesso stat pro libertate, hominis
potentis uxorem ducere : solum, (quando
opus esse, judicabitur) Episcopus, ad scandalum vitandum, declarer, dispensationem
non esse necessariam, vel, ad cautelam, dis-
penser. Idem multò magis erit, si probabile
sit, impedimentum non adesse.

At verò, si certum sit impedimentum, sed
dubia causa, seu dubium sit, an adsit tan-
ta necessitas, quantam requiri hactenus
explicuimus, tunc enim verò dubitari
potest.

AN EPISCOPUS POTESTATEM
habeat dispensandi?

Et breviter. Respondeo, non habere, quia
in hoc dubio possidet certitudine impedimen-
ti dirimenti, potestas autem Episcopi est du-
b Lib. 1. in his, dubia enim causa non potest dare certam
Decal c.3. potestatem, ergo ex alibi à b me dictis non
s.7. V. Di- potest, se extenderet ad dissolvendum certum
spens. V. impedimentum.

Iuri dic. 24. Dices. Episcopus in dubio, an adsit
V. Subdi- sufficiens causa ad Votum non reservatum
TMS.

dispensandum, ad jejunium Ecclesiasticum
solendum, ad laborandum die festivo, po-
test dispensare ex receptissima doctrina Do-
ctorum apud Merollam, & Dianam, ergo,
& in casu nostro.

Respondeo. Nego consequiam, quia
potestas dispensandi in Votis non reservatis,
& ceteris praedictis est certa in Episcopo, ut
omnes docemus, & sic, operari supra dubiam
causam, in praedictis potest ; At in Episcopo
non adest potestas ad dispensandum in casu
nostro, id est, in impedimentis, ergo non po-
test operari circa certum impedimentum, &
ex alia parte causa dubie sufficiens, non po-
test Episcopo dare certam potestatem, ut di-
ctum est.

Adde, totam hanc potestatem esse ex præ-
sumptione voluntatis Pontificis: At in tetam
gravi quis illam in dubio præsumere aude-
bit?

Quid si Episcopus potest, se habere cau-
sam, sed deinde post datam dispensationem,
inveniat, le erravisse, hoc est, causam il-
lam non adsuisse ? Respondeo, id me in-
fra e dictorum.

In casu obtenta dispensationis subreptitia: An
aliquid possit Episcopus?

25. Non dubitarunt aliqui f affirmare, Bofio
post Episcopum firmam per suam dispensa- Gen.
tionem reddere eam dispensationem, quam que-
aliqui forte subreptiè habuerunt à Summo Capo
Pontifice, quasi jam Summus Pontifex eam missa
veluti imperfectam concesserit, qua posuit dian-
perfici ab Episcopo. Sane Pontius g pres.
de hac potestate est, quia eam videtur Sacer c.13.
Textus h concedere. Verum nos nullatenus h.c.
incerti esse debemus, quia illam admittere circa
non possumus, perinde non admittunt Ca- ruyer
ffropalaus, i alioquin nullibi enim illa conce- i Capo
ditur, & Textus allatus solum permitit E. d. 4. d
piscopo, ut propter multas difficultates sepa- mat.
rationis, dissimulet, si Matrimonium sit nul- ult.1
lum, & a conjugibus validum reputetur. Ad- num
de, post dici, illam fuisse peculiarem conce- Aver.
tionem pro illo speciali casu, non verò legem 29. Ap.
universalem.

26. Hæc quoad Episcopum. An autem Fer.
dispensatio bona fide à Summo Pontifice im- vo ad
petrat, si deinde inveniatur subreptita, rati- posuit Penit.

Commissarius Bullæ Cruciatæ.

possit aliquando præsumi, ratam, & firmam
a Lib. 1. m haberi ab eodem Pontifice dixi a libro primo
Decal. c. 3. in Decal.

1.7. V. Di-
pens. n. 8.
O. 9.

C A P U T V.

An Alii à Summo Pontifice, vel Epi-
scopo possint aliquid in impedi-
mentis Matrimonii?

1. Potest dubitari Primò, de Vicario E-
piscopi. Secundò, de Capitulo Sede
Vacante. Tertiò, de Regularibus per
privilegia. Quartò, de Commissario Bullæ
Cruciatæ.

Vicarius Episcopi.

2. Quoniam hæc potestas dispensandi in
prædictis necessitatibus est ordinaria Episco-
po, ideo ea delegabilis est. Quare specialem
concessionem ejusmodi potestatis suo Vica-
rio, seu alteri b poterit Episcopus communica-
cate.

3. Verum adverte, hanc potestatem Vica-
rius non habere ex vi Vicariatus, sed debere
specialiter ipse ab Episcopo concedi, ut nota-
t c Sanc. l. Sanchez, e aliisque.

40. m. 12. Capitulum Sede Vacante, ejusque Vicarius.

Castrap. d.

4. Sanè poterit Capitulum, quia, Sede Va-
cante, succedit in tota Jurisdictione Episcopi;
m. 14. Vicarius autem ipsius poterit quidem, sed ex
G. Hurr. d. speciali concessione; non vero ex vi Vicaria-
tus juxta dicta num. præcedenti.

m. 7.

Regulares.

d Sanc. lib. 5. Nullum circa a hoc Religiosi Privile-
giorum habent, nisi aliqui ex illis possint dis-
pensare cum Infidelibus existentibus in Re-
motissimis Regionibus. Et quidem (ut
constar) in impedimentis solum Jure Ec-
clesiastico inductis. De qua, re vide San-
chez, e

c Sanc. l. An vero possint dispensare in petitione de-
biti, si superveniat legitimis conjugibus Affi-
nitatis ex copula illicita dicam mox cap. 6. nu-
mero 4.

6. Potestas, quæ Commissario huic con-
ceditur super hac re, illa una est, qua cum qui-
busdam conditionibus possit is dispensare in
impedimento Affinitatis, contracto ex copu-
la fornicatio Id, ut explicetur, habe præ oculi
ipsa verba Bullæ, fin quibus ea potestas
Commissario conceditur.

f Ap. Lud.
à Cru. in

Exposit.

Item (ait Summus Pontifex) Reverendo E-
piscopo, qui Commissarius deputatur, datur fa-
cultas dispensandi in foro Conscientie dumta-
xat, nullus datus literus, seu per Confessorem la-
ceratis, cum his, qui primo, & secundo Affini-
tatis, ex fornicatione contractæ, gradibus con-
juncti, Matrimonium contraxere, dummodo
post Concil. Trident. illius fermam servaver-
int, ac impedimenta hujusmodi occulte sine
penitus, & alter contrahentium, tempore con-
tracti Matrimonii impedimenti ignorari exti-
serit. & quod de nullitate prioris coniugii
prius certificati, tacitaque (si videbitur ad e-
vitanda scandalis) causa nullitatis Matrimo-
nium inter se, etiam secrete, de novo contrahé-
re possint, problemque susceptam, & suscipien-
dam exinde legitimam decernendo. Hactenus
Bulla. Discurre nunc per singulas clausulas.

Qui Commissarius deputatur.

7. Ne ignores, Commissarium hunc, cui
Pontifex prædictam potestatem concedit, re-
sidere in Hispania, qui tamen substituit a-
lios in singulis Provinciis, quibus eam po-
testatem subdelegat. Ille vocatur Commis-
sarius Generalis, hi Commissarii Provincia-
les.

8. Inquiero jam primò, quo jure Generalis
hanc Potestatem Provincialibus Commissa-
riis concedit?

Respondeo, quia hæc Potestas Generali
Commissario est concessa & omnibus successo-
ribus, ideo ordinaria est, atque adeò delegabili-
lis. Adde, id peculiariter concedi à Pontifice
Commissario Generali, ut num. seq. jam jam
explicabo.

9. Inquiero Secundò. An Commissarius
Provincialis, qualis est noster Archiepisco-
pus Panormitanus pro tota Sicilia, possit
hanc eandem potestatem dispensandi in

T t 2 dicto